

Incipit quarta pars Summe maioris Anto-
nii archiepiscopi florentini. In qua agitur de
virtutibus et gratia ac donis spiritus sancti.
Titulus primus de virtutibus in generali.
Capitulum primum de diffinitione virtutis atque
earundem diffinitione.

De circa vir- tutē in ge-

nerali consideran-
da sunt sex. diffini-
tio diffinitio earum et
numerus: cōceptio
duratio: acquisitio
et operatio.

Quā-
tum ad primum autem sic diffinitur ab Augu-
stino in ii. li. de li. arbi. Virtus est bona qualitas
mētis: qua recte vivitur: qua nemo male vitur
quā deus in nobis sine nobis opat. In qua diffi-
nitōne tanguntur quatuor: bona que ex virtute cau-
santur. **P**rimum est hominis perfectio: in eo
quod dicitur virtus est bona qualitas mētis: per-
ficit enim hominem quātum ad partem intelle-
ctūam per prudentiam: et alias appetitūam ra-
tionalem per iusticiam: et alias appetitūam sen-
sualem per fortitudinem quo ad irascibile: per
temperantiam quo ad concupiscibilem. Faciunt
enim potentias expeditas ad bene operandum.

Secundū est operis directio. Unde subditur
qua recte vivitur. Recte enim vivere in bñ ope-
rari consistit. Et per hanc clausulā distinguitur
virtus proprie et stricte dicta: a scientia et intelle-
ctu et sapientia: licet enim sint bone qualitates mē-
tis: non tamen sunt bone qualitates voluntatis
regulantes ipsam voluntatem et dirigentes: sed
perficiētes tantū intellectum. Unde potest bene
et male vivere: habens eas. **T**ertium est crimi-
nis exclusio. Unde subditur qua nemo male vi-
tur. Nullus enim potest male vii actu virtutis:
eo quod actus virtutis vel a virtute pcedēs: nunquā
potest esse malus: sed semper est bonus. Potest
tamē aliquis male vii virtute tanquā obiecto: pu-
ta cum male sentit de virtute: cum scilicet odit eā vel
superbit de ea. **S**ed Isidorus in li. de summo bo-
no phibet dicens. Cum quis ex deteriori iā me-
lior esse ceperit: caveat de acceptis extolli virtu-
tibus: ne gravius per virtutes corruat: quod prius
ex lapsu viciozum iacebat. **Q**uartum quod
causatur a virtute ē infusio diuini numinis: cuius
consensu voluntatis. Unde dicitur: quam deus
in nobis sine nobis operatur: quod intelligitur
quo ad virtutes infusas: sine nobis operantibus
principaliter: sed non sine nobis cōsentientibus
seu coopantibus. **R**ainerius. Et in parulis qui
dem cum infundatur virtutes in baptismo qua-

tum ad habitum: et dicitur extra de bap. Maio-
res. sine ipsis consentientibus expresse: quia con-
sentire non possunt nō habentes vsum rationis
possunt dici consentire in quātum non dissentiūt.
Sed in habentibus vsum rationis: nunquā sine
ipsis coopantibus seu assentientibus. vii. **V**iero
nr. Liberi arbitrij nos cōdidit deus: nec ad vir-
tutes nec ad vicia necessitate trahimur. Alioquin
ubi necessitas ibi nec corona: de pe. di. ij. si enim.
Sunt virtutes offites de quibus loquimur: qui-
dam habitus: habitus autem est qualitas de dif-
fili mobilis a subiecto: et facit hominem prom-
pte et delectabiliter operari. Unde fm. pfm. Si-
gnum habitus generati est delectabiliter opari.
vnde diffinitur habitus quod est quo agimus cum
voluimus. Sicut autem habitus viciozum faci-
unt homines prompte opari malum: ita habitus
virtutem bonum. .§. I.

De virtutibus dantur

diuerse diffinitiones: fm. diuersos respectus. Et
vno modo possunt sic diuidi videlicet quod virtu-
tes. Alię sunt naturales: alię acquisite: alię infu-
se. Que diffinitio virtutū attenditur penes causas
earum. Alię enim sunt ex dispositione natu-
rali. Alię. scilicet acquisite ex frequentatione actuali seu
operum assuetudine. Alię infuse ex munere di-
uini seu gratia. Et prime quidem non sunt pfe-
cte virtutes: sed potius quedam semina et incho-
ationes virtutum. Et sic intelligende sunt aucto-
ritates: que tales inclinationes naturales et apti-
tudines ad virtutes: appellant virtutes: et illud
Job. xxi. Ab infantia mecum creuit miseria
et de utero matris mee egressa est mecum. **M**ise-
ratio virtus ē: et glo. super illud Math. x. Circui-
bat iesus totam galileam: dicit. Docens natura-
les iusticias. i. virtutes. scilicet castitatem: humilitatē:
iusticiam: quas naturaliter homo habet. Et illud
dama. in tertio libro naturales sunt nobis vir-
tutes. **P**ro cuius maiori declaratione notan-
dum fm. b. Thomam. i. 2. q. lxij. art. i. quod circa
scientias et virtutes aliqui posuerūt eas esse ab
intrinsicco: ita. scilicet quod omnes virtutes et scientie na-
turaliter preexistunt in anima: sed per disciplinas
et exercitium impedimēta scientie et virtutis tol-
luntur: que adueniunt anime ex corporis graui-
tate: sicut ferrum clarificatur per limationē. Et
hec fuit opinio platonicozum. **A**lij dixerunt quod
sunt totaliter ab extrinseco. i. ex influentia intel-
ligentie agentis et ponit **A**uicēna. **A**lij dixe-
runt quod fm. aptitudinem scientie et virtutes infūt
nobis a natura non autem fm. perfectionem: et
dicit philosophus in ii. ethicor. et hoc verius est.
Ad cuius manifestationē oportet considera-
re quod aliquid dicitur alicui naturale dupliciter.
Vno modo ex natura spēi. **A**lio modo ex
natura indiuidui. **E**x natura quidem speciei di-
citur homini naturale: id quod cōuenit ei scdm

animam rationalem. **E**x natura vero individui dicitur naturale qd conuenit ei fm corporis dter minatam cōplexiōem: **U**troq; aut modo virtus est homini naturalis fm quandaz inchoatioem. **S**ecundum quidem naturam spēi. in quātūz in ratione hominis naturaliter insunt quedam pācipia naturaliter cognita tam scibiliūz q; agēdoz que sunt quedam semialia virtutum intellectua lium z moralium in quātūz in volūtate hominis est quidaz appetitus naturalis homini qd est fm ratioem fm vero naturam individui in quātūz ex corporis dispositione: quidam sunt dispositi: aliqui melius: aliqui peius ad aliquas virtutes. **U**nus enīz habet aptitudinem ad sciētiā: alius ad fortitudinē: alius ad tēperantiā. **S**ic ergo patet q; virtutes sunt nobis a natura fm aptitudinem z inchoatioem p̄ter theologicas q; sunt totaliter ab extrinseco. **S**cōm vero perfectionem nulle virtutes sunt nobis a natura. **Q**uod etiam potest probari ex hoc: q; qd inest nobis a natura est cōe omnibus hominibus nec per peccatum auferitur sed virtus non est in omnibus hominib;: q; abijcitur per peccatum: ergo rē. **§. II.**

Virtutes acquisite sūt

que ex actibus bonis frequentatis causantur. **E**x hoc enīz q; quis frequēter vitur cibo modērate acquirit abstinentiam. **E**x hoc q; stimulat a p̄cipiscētia frequēter z resistit abstīnēs ab illiis voluptatibus acquirit castitatem. z sic de alijs: vt ostendit philosophus in .ij. ethi. **R**ectamē p vnu actum bonū causatur virtus: sicut nec vna byrū do facit vā: nec vna dies facit beatum vel felicē aut parū tēpus: vt dicit p̄bus primo. ethi. **R**ec ignis potest statim vincere suum combustibilem: q; subito totū lignū cōuertatur in ignē: sed paulatim remouēdo dispositiones p̄trarias. **S**ic nō ex vno actu habetur habitus acquisitus virtutis: sed ex multis. **C**ū .n. fm Dion. .iij. ca. de deu. no. bonum sūt virtuosus q; malum z ex actibus viciosis acquiritur habitus vicij: ergo z magis virtus acquiritur ex actib; virtuosis. **P**ro huius declaratione dicit b. Tho. prima 2. q. lxij. ar. ij. q; virtus hominis perficit ipm ad bonū. **D**icit enim p̄bus: q; virtus est: que bonū facit habētē z op̄ eius bonū reddit. **R**atio aut boni cōsistit in numero: ponderēz mēsurā: **U**t dicitur **S**apient. xi. **O**p̄oet ergo q; bonū hominis consideretur fm aliquam regulam: que est mēsurā rei. **R**egula autē hec potest esse duplex. s. ratio humana. z lex diuina. **E**t quia lex diuina est superior regula: et ideo ad plura se extendit q; ratio humana: ita q; quicquid regulatur regula seu ratione humana regulatur z diuina: sed non econtra. **V**irtus ergo hominis ordinata ad bonū fm q; modificatur f; regulaz rationis humane potest ex actib; humanis causari: in quantum huiusmodi actus procedunt a ratione: sub cuius potestate z regula tale

bonum cōsistit. **S**ed virtus ordinās hominem ad bonū fm q; modificatur per legem diuinā et non per ratioem humanā: non potest causari per actus humanos quoz p̄cipiū est ratio: sed causatur solum per operationēz diuināz. s. infusioem gratie: huiusmodi autem virtutes acquisite ex assuetudine op̄e sine gratia non sufficiūt ad salutem: **U**nde b. Aug. **U**bi deest agnitio veritatis in cōmutabilis. i. dei per fidē falsa est virtus etiā in optimis moribus. xxvij. q. i. §. penul. ex his. **U**nde non sūt perfecte simpliciter ita. s. q; perficiūt hominem in ordine ad vltimū finē sed secūdum quid: in quātūz perficiunt quō ad felicitatem humanā seu ciuilem cōseruationem. **E**t de huiusmodi virtutibus loquitur p̄bus in ethicis z alijs gētilēs. **E**t de his intelligitur illud **H**iero. **V**irtutibus **R**omāni p̄meruerūt imperium. xxvij. q. i. §. ex his. in fi. §. **§. III.**

Virtutes infuse sūt ille

que causantur ex gratia dei. **E**t d; huiusmodi dicit b. Aug. diffinēs virtutem: q; virtus est bona qualitas mentis: qua recte viuunt: q; nemo male vitur: quā deus in nobis sine nobis opatur. **S**unt autē iste virtutes non solū fides: spes: charitas: sed etiā oēs alie: vt prudētia: iusticia: z hī. **P**ro cuius declaratione dicit b. Tho. vbi sup̄: q; op̄oet effectus suis causis z p̄cipijs esse p̄portionatos. **O**mnēs aut virtutes tam intellectuales q; morales que ex veris actibus acquiruntur p̄cedunt ex quibūdā p̄cipijs naturalibus in nobis p̄sistentibus: loco quoz naturalū p̄cipioz p̄feratū nobis a deo vtutes theologice qbus ordinamur ad finē sup̄naturalē. **U**n op̄oet q; his etiā virtutibus theologicas p̄portionabiliter alijs habitus cōuideant diuini infusi seu causati in nobis q; sic se habent ad vtutes theologicas: sicut se hnt virtutes morales z intellectuales ad p̄cipia naturalia vtutūz. **E**t p virtutes quidē theologicas pficiūt anima in quantum sufficiēter p eas ordinatur in deū: imēdiatē. **P**er alias vtutes infusas. s. morales z intellectuales vt prudētiā z iusticiā: fortitudinem et tēperantiā cū partibus suis: pficitur aīa circa alias res in ordine tñ ad deū. **E**t sic nō sunt sup̄flue z hī sunt p̄fecte virtutes simplr: z necessarie ad salutē: z de his intelligitur illud amb. in exameron. **I**lla aīa a deo pingitur: que h; in se vtutū gram renitentem splendorēz pietatis. **I**lla aīa bñ picta est in qua relucet diuine op̄ationis effigies. **I**lla aīa bene picta est in q; est splendor glorie: z patetne imago substantie. i. christi p gratiam virtutū: de peni. dis. ij. **I**lla. **I**tem **G**reg. sup̄ **E**cceh. ait. **I**n sanctorū quippe cordibus spūs sanctus iuxta quasdā virtutes. s. dum p̄seuerat in gratia semp manet. **I**uxta quasdam recessurus venit: z venturus recedit. **I**n fide. n. spe: atq; charitate: in bonis alijs sine quibus non pōt ad ce

Capitulum .I.

leste patriam pueri: sicut. n. humilitas: castitas
iusticia atq; misericordia: pfectoꝝ corda nō tere
rit. In pphetie vero virute: doctrine faciundia
miraculoꝝ exhibitione electis aliqñ adest: aliqñ
se subtrahit: de peni. di. i. j. p. d. t. Quo ad primas
virtutes dicitur spūs stabilis: quo ad secundas
dicitur mobilis in li. sapiencie. Et dicuntur gratie
gratis date bi⁹ virtutes largo mō. Qui diu mo
raliter vixit: est in grā dei: habz vtrāq; infusas
z acquisite. Et nota q; quidā dixerunt idem
esse realiter fm eēntiam: gramz virtutē infusaz
sed differre rōne: quia grā dicitur in q̄tum gra
tis datur a deo: z facit hominē deo gratus z opa
eius: sed virtus dicitur in q̄tum inducit homi
nem ad bene opandum. Et hoc videtur sensisse
magister sniaz in. ij. di. xvi. Sed. b. Tho. i. a. 2. q.
ex. ar. iij. in corpe. q. d. z pbat q; differūt realiter
z fm eēntiam. Et gratia quidē est accedens: exi
nēs in eēntia aīe sicut in subiecto. Virtutes vō
in potentijs anīe sicut in subiecto. Et sicut ra
diij pcedūt a sole: ita virtutes a gratia. Et de gra
tia quidem alibi tractabitur: hic de virtutibus.
Et nota fm. b. Tho. vbi supra. q. lxxij. ar. iij. q;
virtutes infuse differūt eēntialiter seu specie: a
virtutibus acquisitis moralibus z intellectu
alibus. Nam alterius rōnis formalis ē modus im
positus in actu ipsarū virtutum circa materias
suas: p regulam rōnis humane: alterius mod⁹
impositus fm legem diuinā: puta in sumptione
cibozum: modus statuitur rōne humana: ne no
ceat valitudinē corporis: nec impediat rationis
actum. fm autem regulam legis diuine requiri
tur: q; homo castiget corpus suū z in seruitutem
redigat: p abstinentiam cibi. Item p virtutes mo
rales infusas regulātur homines vt bene se ha
beant in ordine: ad hoc q; sint ciues: sanctorum
z domesticū dei. Per virtutes autem acquisite
vt bene se habeāt in ordine ad res humanas. Et
sic ad alium finem sūt ordinate q̄ ille. Potest au
tem assignari triplex differentia in vtrīs: seu q;
differunt in tribus. primo in causalitate: in cor
ruptibilitate: z in vtilitate. In causalitate quidē
quia infuse causantur a deo non ex actu huma
no: acquisite autem ex actibus humanis. Et ga
deus opatur in instanti: homo autem paulatim:
ideo virtutes acquisite tempus: z non paruum
requirunt: infuse in instanti per gratiam iustifica
ti obtinentur. Unde Ambro. Cum renunciatur
improbis: statim assistitur virtus. Egressus. n.
malicie: virtutis operatur ingressum: eodemq;
auditu quo viciū excluditur innocentia copu
latur in decretis. xxvij. q. i. Secundo differūt in
corruptibilitate. Nam virtus acquisita non cor
rumpitur quo ad habitum per vnum actū con
trarium: puta castitas acquisita per vnicū actus
fornicarium. Non enim directe actus cōtraria
tur habitus: sed habitus actui: sicut autē habitus
virtutis vt dictū est ex pluribus actibus bonis

non vno acquiruntur: ita z habitus vicij. Sed ha
bitus virtutis infuse corrumpitur per vnicū
actum peccati mortalis: immo omnes virtutes
infuse simul deficiunt per mortale: hoc ideo est:
quia quodlibet mortale directe cōtrariatur gra
tie z tollit gratiam que est causa huiusmodi vir
tutum. Remota autem causa: remouet effectus
vnde Augustinus. Omnis virtus patitur detri
mentum ab vno vicio. Et sic exponitur illud Ja
cobi. i. Offendens in vno: factus est omnium reus
s. virtutum: de pe. di. v. c. Consideret. Tertio dif
ferunt in vtilitate: quia actus virtutis infuse est
meritorius vite eterne: non autem actus virtu
tis acquisite sine gratia comite. Unde Gratian⁹
dicit. xxvij. q. i. §. penultimo. q; tales virtutes. s.
acquisite non sunt vere: quia carent fructu salu
tis eterne. §. iiii.

Diuisio virtutum alia

datur de virtutibus scōm q; habent hominem
perficere: videlicet q; virtutum. Alie sunt intel
lectuales: alie morales: alie theologice. De pri
mo z secundo genere virtutum tractant philoso
phi gentiles. Vñ z philosophus in secundo ethi
corum dicit duplicem esse virtutem. Vnam qui
dem intellectualem: illam vero moralem vocat.
Theologicas autem non posuerunt: nec de eis
cognitionem habuerunt. Sed soluz fideles per
infusionem habent illi qui habent. Et similiter
de donis spūs sancti non habuerunt noticiam
gentiles. Intellectuales virtutes sunt quinq;
fm philosophum in libro ethicorum: scilicet sa
pientia: intellectus: scientia: ars: z prudentia. Et
dicuntur intellectuales: quia sunt in intellectu:
vt in subiecto z perficiunt ipsum. Et prime tres
sunt in intellectu speculativo: alie duo in intelle
ctu pratico. Prudentia tamen z si sit intellectu
ctualis quātum ad eēntiam. Et inter eas cōnu
meretur: tamen quantum ad materiam est etiā
moralis. Et sciendū q; quatuor ex his: sapientia:
scientia: intellectus: z ars: non pprie z stricte sūt
virtutes: nec consueuerunt nominari virtutes.
Sed aliqñ distinguūtur ex opposito: vt in quar
to thopicorū prout scilicet virtus perfecta sumi
tur. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho
mas prima secūde. q. lviij. articulo primo. Q; ali
quis habitus dicitur virt⁹ dupliciter. Vno mo
do quia facit facultatem bene operandi: id est fa
ciendi id quod in se bonum est. Alio modo quia
cum facultate facit z vsū bonū: id est cōgrue
ordīare ipsum opus ad debitum finem. Primo
mo igitur modo habitus intellectuales dicuntur
virtutes quia faciunt facultatem bone operatio
nis: que est consideratio veri: hoc enim est bonū
opus intellectus: sed non dicuntur habitus in
tellectuales virtutes. Secundo mō quasi facie
tes bñ vtī habitū vel potētia. Et hoc n. q; aliq;
bz habitū scientie speculative nō inclinatur ad

bene utendum: sed sit potens speculari verū de
his quorum habet scientiam. Sed q̄ utatur sci
entia habita: hoc est voluntate mouente: et ideo
virtus que perficit voluntatem vt charitas vel
iusticia facit bene vti speculatiuis habitibus: et
fm hoc in actibus eorum potest esse meritū. So
lum ergo morales cum prudentia: dicuntur vir
tutes perfecte. Unde de hoc philosophus. ij. ethi
corū dicit q̄ virtus est habitus electiuus. i. electi
onem faciens immediate consistēs fm determi
nationem rationis.

.S. V.

Differunt autem sapi

entia: scientia: et intellectus: in q̄tum virtutes ab
eis: et in q̄tum dona spiritus sancti: quia in quā
tum virtutes acquiruntur per exercitium: et per
ficiunt hominem in ordine ad felicitatem huma
nam: sed in quantum dona infunduntur a deo: et
perficiunt hominem in ordine ad felicitatem su
pernam: ad prompte sequēdum motus spiritus
sancti quos facit in anima. ¶ De quibz virtutes
intellectuales possunt figurari per quinqz virgi
nes sapientes: et quinqz fatuas: de quibus habe
tur parabola Math. xxv. Virgines omnes sunt
quia in se habent integritatem veritatis. S3 qn
qz sapientes accipientes oleum in vasis cū lam
padibus sunt ipse prout debite habentur et exer
centur cū oleo: scilicet charitatis in vase cordis
et lampade clare fame. Quinqz fatue sunt cū ha
bentur sine oleo charitatis et boni exempli: et his
clauditur ianuā paradisi: alijs aperitur. Et sapi
entia quidem ē de diuinis non quidem in quā
tum habetur diuina reuelatione. hoc enim per
tinet ad fidem: sed in quantum habentur ratio
ne humana. Considerat autem sapientia altissi
mas causas: vt dicitur in pmo methaphy. vnde
conuenienter iudicat et ordinat de oibz. Quia
enim iudicium perfectum et vniuersale haberi
non potest: nisi per resolutionem ad primas cau
sas. Et ideo non solum de conclusionibus iudi
cat: de quibus ē scientia: sed et de principiis quo
rum est intellectus. Unde quia considerat sapiē
tia altissimam causam que deus est: et per causas
iudicatur de effectu: et per causam superiorē de
causis superioribus. Ideo sapientia habet iudi
cium de omnibus alijs virtutibus intellectuā
libus et preeminet ipsis. Et q̄uis de deo in presen
ti non possit haberi certa cognitio quo ad mul
ta: sicut habetur de alijs rebus: tamen talis co
gnitio imperfecta sui nobilitate: preeminet cogniti
oni etiam perfecte illarum rerum. vnde philoso
phus dicit in secundo de celo et mundo: q̄ ma
giū est de rebus celestibus posse aliquid cogno
scere vel de rebus nobilioribus debili ratione.
Et in libro de animalibus dicit: q̄ amabile est
magis pium aliquid cognoscere de rebus no
bilioribus q̄ multa cognoscere de rebus igno
bilioribus. ¶ Scientia est habitus conclusionum

per demonstrationem acquisitus: et est circa crea
turas. Et habet multas species: qz diuerse sunt
scientie: fm diuersas materias. Et ex his: alię
dicuntur artes liberales: scilicet triniū vt grā
matica: logica: rhetorica. Et quadruū vt arith
metica que est de numeris. Musica que est de
sonis. Geometria que est de mensuris. Astrolo
gia que est de astris seu motibus et influentijs cor
porum celestium. Et artes quidem dicuntur fm
beatum Tho. vbi supra: quia habent quandam
similitudinē cum arte. Ad artem enim pertinet
opus: quia ad illud ordinatur. Et quia in specu
labilibus est aliquis per modum cuiusdam ope
ris: puta constructio silogismi: aut orationis cō
gruē: aut opus numerandi vel mensurandi: iō
dicuntur artes: non tamen pprie et stricte. Artes
autem dicuntur nō simpliciter: sed liberales ad
differentiam aliarum artium que ordinantur ad
opera per corpus exercitata: que sunt quodam
modo seruilia: in q̄tum corpus suuiter subdūt
anime: et homo fm animam est liber. Alię artes
dicuntur mechanice: quia intellectus quodam
modo mechar in eis et adulterat: recedens a cō
sideratione veritatis: q̄ est spōsa eius. Alię vero
scientie que ad nullum bi opus determinatur:
simpliciter scientie dicuntur: vt pphetia naturalis.
Et q̄uis scientia sit virtus: dicitur Augustinus
q̄ sunt quedam que melius est nescire q̄ scire:
dist. xxxviii. quauis. Et hoc propter abusum: et
Ambrosius dicit. De astronomia et astrologia et
alia huiusmodi despecta sunt: et qui his student
curam anime non habent: dist. xxxvii. legimus.
Et Hieronymus ait Geometria et Arithmeti
ca et musica habent in sua scientia veritatem. S3
non est scientia illa scientia pietatis: dist. xxxviij.
si quis artem nouerit. Intellectus ē habitus pn
cipiorum que per se nota habentur: et statim ab
intellectu percipiuntur: vt q̄ omne totum ē ma
ius sua parte et huiusmodi. Et non solum per in
tellectum cognoscitur principia naturaliter no
te in speculatiuis: sed etiam in operatiuis vt q̄
malum est fugiendum: q̄ nemini est fienda iniu
ria et huiusmodi. Et sine intellectu huiusmodi
principiorum: que pertinent ad vitam morales:
non possent haberi alię virtutes. ¶ Opinio autē
et suspitio non ponuntur virtutes: quauis sint
intellectuales habitus: ex eo scdm beatum Tho
mam vbi supra: quia habit⁹ virtutis determina
te se habent ad bonum: et nullo modo ad malū.
Bonum autem intellectus est verum: malū ei⁹
est falsum. Unde illi soli habitus intellectuales
dicuntur virtutes: quibus semper verum et nū
q̄ falsum inest. Opinio autem potest esse veri et
falsi. Est enim opinio vehemens inbesio intel
lectus alicui conclusioni: cum formidine ta
men de opposito. Suspitio autem est leuis inbe
sio cum formidine de opposito. ¶ Ars etiam se
cundum philosophum in sexto ethicoz ponitur

Capitulum I.

virtus non tamen proprie et perfecte. Quia secundum beatum Thomam, quod dicitur in 1.2. art. 1. cum ars nihil aliud sit quam recta ratio aliquorum operum faciendorum, quorum tamen nonnullum non consistit in hoc, quod appetitus humanus aliquo modo se habeat ad ea, sed in eo quod ipsum opus quod facit in se bonum est. Non enim pertinet ad laudem in quantum artifex: quia voluntate opus faciat, sed quale est opus quod facit. Et in hoc convenit cum habitibus speculativis predictis aliquantulum: quia scilicet pertinet ad ipsos qualiter se res habeant quas considerant vel quas faciunt quoad artem, non autem qualiter se habeat humanus appetitus ad illas. Sunt autem artes multiplices. **¶** Prudentia secundum beatum Thomam, ubi supra: convenit in hoc cum arte: quia est in intellectu practico et circa contingentia que possunt aliter se habere. Sed differt in hoc quia ars habet imperfecte rationem virtutis: quod facit solum facultatem boni operis non autem usum. Unde per eam non sit appetitus rectus. Bonum enim rerum artificialium non est bonum appetitus humani, sed bonum ipsorum operum artificialium. Sed prudentia habet perfecte rationem virtutis: quia facit cum facultate boni operis esse bonum usum, et respicit appetitum presupponens rectitudinem eius. Diffinitur autem prudentia secundum philosophum sic. Prudentia est recta ratio agibilium. Ars vero est ratio fabricabilium. Differunt autem agere et facere in hoc, secundum philosophum in 1.2. metha. quia factio est actio transiens in materiam exterioriorem, sicut secare et huiusmodi. Agere autem est actus permanentis in ipso agente, sicut videre, velle et huiusmodi. Est autem prudentia necessaria ad bene vivendum. Nam bene vivere consistit in bene operari. Ad bene autem operandum requiritur electio recta. Cum autem electio sit eorum que sunt ad finem ad rectitudinem ipsius duo requiruntur: scilicet debitus finis et id quod convenienter ordinatur in debitu finem. Ad debitu finem eligendum disponitur convenienter quis per virtutes morales: que perficiunt appetituum potentiam: cuius obiectum est bonum et finis. Inclinant enim morales appetituum in bonum convenientes rationi qui est debitus finis. Ad id autem quod convenienter ordinatur in debitu finem, disponitur homo per habitum rationis: quia consilium iudicare percipere que sunt eorum que sunt ad finem: sunt actus rationis. **¶** Et habitus etiam horum actuum est prudentia qua perficitur ratio ad hoc quod convenienter se habet ad ea que sunt ad finem. Ultima maxime necessaria virtutum secundum beatum Thomam, ubi supra, quod dicitur in 1.2. art. 1. v. **¶** §. VI.

Secundum genus virtutum dicitur morale: ut iusticia, fortitudo, temperantia. Dicitur autem he virtutes: et morales et principales et cardinales. Et morales dicuntur

seu de moribus secundum philosophum: in primo ethicorum: secundum quod mos importat quandam inclinationem naturalem: vel quasi naturalem ad aliquid agendum. Pro cuius declaratione sciendum secundum beatum Thomam, prima secunde, quod dicitur in 1.2. art. 1. primo. Quod mos duo significat. Quandoque significat consuetudinem sicut dicitur Act. 15. Alii circuncidamini secundum morem Moysi non poteritis salvi fieri. Ad quod etiam facit quod dicit Augustinus, xi. distin. in his. Mos populi dei: et insinuat maiorum pro lege: tenenda sunt. Quandoque mos significat inclinationem naturalem vel quasi naturalem ad aliquid agendum. Unde et brutorum animalium dicitur aliqui mores. Unde dicitur in 1.2. Machabeorum, xi. Leonum more irruentes in hostes prostraverunt eos. Et sic accipitur in ps. lxxv. Qui habitare facit viuis moris in domo. Et huic significationi morali: proprium quia est alia significatio que mos significat consuetudinem. Nam consuetudo conuertitur in naturam: et facit inclinationem similem naturali. Sicut autem consuetudo: ita et mos proprie est de his que bona sunt non mala ad quod facit quod dicitur in 1.2. vii. Que contra mores. Ab hac autem secunda significatione moris dicitur virtus moralis: quod inclinatio ad actum proprie competit appetitui virtuti. Cui est mouere omnes potentias ad agendum. Virtus autem moralis est in appetitua parte et perficit eam. **¶** Dicuntur secundo predictae virtutes principales: respectu minus principalium. Et hoc secundum beatum Thomam, quod dicitur in 1.2. art. 1. ubi supra. Vel respectu virtutum intellectualium: que solum faciunt boni operis facultatem: sed non usum: ut morales: et ideo dicuntur imperfecte virtutes. Perfectum autem est principium imperfecto: sicut morales principales et si non quantum ad subiectum in intellectualibus: tamen quantum ad rationem virtutis que respicit bonum: quod est obiectum appetitus. Dicuntur etiam principales predictae virtutes respectu virtutum eis annexarum: que sunt minus principales. Omnes enim virtutes reducuntur ad predictas quatuor: ut ostendit Cuius in rhetorica sua. Nam prudentie annectuntur tres virtutes secundum philosophum in 1.2. ethicorum. **¶** Prima scilicet eubulia que est bene consultativa: inquirendo de variis modis et viis quibus potest perueniri ad debitu finem. **¶** Secunda scilicet que est iudicativa scilicet de terminando ex diversis viis et modis que menti occurrunt illud quod sit convenientius ad perueniendum ad finem debitu secundum communes regulas et leges. **¶** Tertia scilicet que sumit iudicium de agendis secundum rationem naturalem in his in quibus deficit lex. Proprius autem actus et principalis prudentie est impare: ut executioni mactetur quod consultum et iudicatum est. Dicitur autem prudentia consultativa et iudicativa: sed hos duos actus non facit immediate: sed mediatis predictis, scilicet eubulia scilicet et gnomini. Iusticie autem annectuntur

religio: pietas: obseruantia: obedientia: liberalitas: gratia seu gratitudo. **U**ndicatio sub qua comprehenditur pſentia in quātum virtutis: veritas: affabilitas seu amicitia: et epicheya seu equitas. **F**ortitudini annectitur magnanimitas: magnificencia: patientia: et pſeuerantia. **T**emperantie annectitur continentia: mansuetudo: clementia: modestia: studiositas: eutropelia seu urbanitas: et humilitas: et de his patebit infra. **D**icuntur tertio virtutes cardinales. **U**nde Ambrosius super lucam. **E**cimus virtutes esse quatuor cardinales: temperantiam: iusticiam: prudentiam: et fortitudinem. **P**ropterea autem dicuntur cardinales ut dicitur in catholicon ad similitudinē cardinis in quo motus ostij firmatur. **C**ardo autem fm eundem est vna pars ostij. scilicet cuneus qui in foramine vertitur. unde et cardo dicitur aliquando ipm foramen. **E**t dicitur cardo a cardinali: qd est cor: quia sicut cor hominem regit et mouet: ita ille cuneus ianuam regit et mouet. **H**inc et assiscentes **p**ape precipue dicuntur cardinales: quia per eos mundus debz regi gubernari et moueri: sicut ostium per cardinem: hec ibi. **U**nde puerb. xvi. **S**icut ostium vertitur in cardine ita piger in lecto suo. **D**icuntur ergo cardinales he virtutes: qz per eas vertitur cor humanum fm rationem: ut claudatur vitijs: et aperiat bonis operibus: de his dicitur **B**apient. viij. **S**obrietatem. i. temperantiam et prudentiam docet et iusticiam et virtutem. i. fortitudinem: quibus nili vita vtilius est hominibz. **E**t figuratur per velum ex quatuor coloribus intexti: quod erat ante tabernaculum ut ponit magister in. iij. sententiarum. **F**iguratur etiam per quatuor angulos domus **J**ob. i. que est cōscientia fm **G**reg. in moralibus significatur etia per quatuor animalia: que vidit **E**zech. i. c. **A**quila enim significat prudentiam: **H**omo iusticiam: **L**eo fortitudinem: **U**tilulus temperantiam: fm **G**regoriū sup **E**zech. et prudentia quidez dicitur cum alijs tribus: cardinalis et principalis eas excellens non tamen consuevit dici moralis. **§. VII.**

De dictis virtutibus

cardinalibus fm **Th**o. prima secunde. q. lxi. art. iij. est duplex opinio. **Q**uidam enim dicunt esse quasdam conditōnes generales humani animi q inueniunt in oibz virtutibz: ita scilicet q prudentia nil aliud sit qz quedam rectitudo discretionis in quibuscūqz actibus vel materijs. **I**usticia sit quedam dispositio animi per quas homo operatur: qd debet in quacūqz materia. **T**emperantia vero sit quedam dispositio animi: que modū quibuscūqz passionibus vel operationibus imponit. **F**ortitudo autē sit dispositio animi per quam firmatur in eo q est fm rationem contra quoscūqz impetus passionum vel laborum. **H**ec quatuor sic distincta: non important

diuersitatem habituum virtuosorum: qd etiam ad iusticiam: fortitudinem et temperantiam. **I**n oibz enim virtutū moralis: ex hoc q est habitus conuenit ei firmitas quedam: ne a cōtrario remoueat qd fm predicta pertinet ad fortitudinem. **E**t ex hoc q est virtus: habet q ordinetur ad bonum in quo importatur ratio recti vel debiti quod pertinet ad iusticiam. **E**t ex hoc q moralis est: habz q modum rationis obseruet in omnibus: et ultra non se extendat qd pertinet ad temperantiam. **S**olum autē hoc quod est habere discretionē: quod dicebatur pertinere ad prudentiam: videtur distinguī ab alijs tribus: in quantum hoc est ipsius rationis per essentiam alia tria importat quandam participationē rationis. **A**lij vero et melius accipiunt has quatuor virtutes scdm q determinant ad materias speciales. **U**naque qz quidem illarum ad vnam materiam in qua principaliter laudatur illa generalis conditio: a qua nomen virtutis accipitur. **E**t fm hoc manifestum est: q predictae virtutes sunt diuersi habitus fm diuersitatem obiectorum distincti. **Q**uod ergo dicit **G**reg. in. xxiij. moral. q prudentia vera non est: que iusta: fortis: et temperans non ē: potest intelligi fm primam opinionem dictaz. **U**el q iste virtutes denominantur ad inuicem per redundantiā quandaz: quia a prudentia alie diriguntur. **E**t quia est fortis in periculis mortis est habilior ad refrenandum delectabilem concupiscentiam et sic de alijs. **D**e dictis autē virtutibus moralibus sciendum q non sunt passionēs: quod patet ex eo: quia passionēs scdm se considerate: se habent ad bonū et malum: scdm q possunt conuenire rationi vel non conuenire. **N**ihil autē tale potest puenire virtuti: cum semper se habeat ad bonū. **D**icitur autē virtus moralis mediū inter passionēs: non fm eēntiam: qz tūc esset eiusdē generis cū extremis: sed dicitur mediū qdum ad effectum quia. **I**nter passionēs constituit mediū. **S**ed ad actum virtutū potest pcurrere passio: sic e cōtrario ad actum vicioz. **P**assio enim tristitie reperitur in actu inuidie: fm q pstrariatur talis passio rōni: et in misericordia: fm q puenit rationi. **S**unt autem virtutes morales vel circa actus interiores rōnis dirigēdos ut prudentia. **U**el circa actus exteriores ad alterū ut iusticia. **U**el circa passionēs irascibiles: que sunt spes et desperatio: audacia et timor: ira et fortitudo. **A**ut concupiscibilis que sunt amor et odium: desiderium et abominatio: gaudium et tristitia. **E**t de ipsis passionibus supra in prima parte: ut temperantia. **S**ed notādum q si passionēs animi dicantur inordinate affectiones: ita q p deliberationem rōnis eis assentiāt: sic non pnt eē in animo sapientis. i. virtuosī: ut dicebāt stoici. **S**i si passionēs dicantur quicūqz motus appetitus sensitīui: q pueniūt iudiciū rōnis: sed ordināt ab eā ita q si eis assentiunt: sic possunt

Capitulum .I.

esse in animo sapientis: et quantumcumque virtuosus
et dicebant peripatetici quorum sectam instituit
Aristoteles. Et ut Augustinus in ix. de ciuita. dei. c.
iij. dicit ista discordia inter stoicos et peripateti-
cos magis erat secundum verba: quam secundum rerum senten-
tias. Proprius tamen erat locutio peripatetico-
rum. scilicet: quod passiones caderent in animo sapientis
sed regulate erant a ratione. Et virtutes qui-
dem morales que sunt circa passiones: ut fortitu-
do et temperantia in visu suo seu actu: non possunt
esse absque passione. Diuis ratio est: quia secundum hoc
sequeretur quod virtus moralis faceret appetitus
sensitivum omnino ociosum. Sed non pertinet
ad virtutem: quod ea que sunt subdita rationi a propriis
actibus vacent: sed quod exequantur imperium rati-
onis proprios actus agendo. Unde sicut virtus
membra corporis ordinat ad actus exteriores
debitos: ita appetitus sensitivus ad motus pro-
prios ordinatos. Potius appetitus sensitivus sunt
passiones: que sunt materia dictarum virtutum:
sed virtutes que non sunt circa passiones sed cir-
ca operationes: possunt esse sine passione: ut iusti-
cia: quia per eas applicatur voluntas ad proprium
actum que non est passio: sequitur tamen ad actus
iusticie gaudium: non secundum quod passio est: sed affectus
in voluntate. Et si hoc gaudium multiplicetur per
iusticie perfectionem: fiet redudantia usque ad appe-
titum sensitivum. Tristitia autem cum sit pas-
sio: ex dictis patet quod potest esse cum virtute et in
virtuoso. Et quod dicitur de sapientia quod docet istas
virtutes: et habetur Sap. viij. quod non habet ama-
ritudinem conversatio illius neque tedium con-
uictus illius sed gaudium. Intelligentur secundum bea-
tum Thome ubi supra: quod non tristatur de sapientia
et de his que congruunt ei. scilicet actibus bonis: sed tri-
statur utique de his que sunt impedimenta sapien-
tie: hec est bona tristitia. Tristari enim potest
sapienter de nocuentis corporis: sed moderate:
et de peccatis qui habet: quia in multis offendit
mus omnes Iaco. iij. Et de peccatis preteritis: et
de peccatis proximorum: et hoc laudabiliter. In-
ter has autem virtutes morales excellit iusticia
Unde Gregorius. xij. q. ij. Si seculi lege. dicit su-
mum bonum est in rebus humanis iusticia cole-
re: sua unicuique iura seruare.

§. VIII.

Diuiduntur autem su-

pradite virtutes cardinales in quatuor differē-
tias. scilicet: exemplares: purgati animi purgatorias: et
politicas: secundum Plotinum philosophum. Ut recitat
Macrobius de somnio scipionis. Que diuisio
diuersos effectus notat earum et diuersos status
habentium eas. Pro cuius declaratione dicit be-
atus Thomas prima secunde. q. lx. arti. v. quod sicut Au-
gu. dicit in li. 8. moribus ecclesie. Oportet quod ani-
ma aliquid sequatur: ad hoc quod ei virtus possit
innasci. et hoc est deus: quem si sequimur bene
vivimus. Oportet igitur quod exemplar humane

virtutis in deo preexistat: sicut etiam in eo preexi-
stunt omnium rerum rationes. Sic igitur virtus
potest considerari. put est exemplariter in deo: et
sic dicuntur virtutes exemplares: ita. scilicet: ipsa di-
uina mens in deo dicatur prudentia. Temperan-
tia vero conuersio intentionis diuine ad seipsum
sicut in nobis temperantia dicitur: per hoc quod co-
cupiscibilis conformatur rationi. Fortitudo au-
tem dei est eius immutabilitas. Iusticia vero
dei est observatio legis eterne in suis operibus
sicut Plotinus dixit. Et quia homo secundum suam
naturam est animal politicum. Virtutes huius-
modi cardinales: put in homine existunt secundum co-
ditionem sue nature: pollice vocantur: put sci-
licet homo secundum has virtutes recte se habet in re-
bus humanis gerendis. Et secundum magistrum senten-
tia in tertio ex verbis Augusti. Prudentia est in pre-
cauendis insidijs. Iusticia in subleuandis mis-
erijs. Fortitudo in perferendis molestijs. Tempe-
rantia in coercendis delectationibus prauis: hec
ibi. Sunt tamen et alij actus dictarum virtutum
ultra predictos. Qui enim habent hic politicas
virtutes: habent quidem tērationes magnas de
vicijs contrarijs: sed ratione superant eas: et hic
est status imperfectorum. Et quia ad hominem per-
tinet: et etiam ad diuinum se trahat quantum potest:
ut dicit philosophus in. x. ethi. et hoc nobis in sa-
era scriptura multipliciter commendatur: ut illud
Esote perfecti sicut pater vester celestis perfectus
est Math. vi. Necesse est ponere quasdam virtutes
medias inter politicas que sunt humane et
exemplares que sunt diuine: que quidem virtutes
distinguntur secundum diuersitatem motus et ter-
mini: ita. scilicet: quedam sunt virtutes transcendē-
tium: et in diuinam similitudinem tendentium: et he-
vocantur purgatorie: ita scilicet quod prudentia om-
nia mundana diuinorum contemplatione despiciat
omnemque animi cognitionem in sola diuina diri-
gat. Temperantia vero relinquat in quantum na-
tura patitur: que corporis usus requirit. Forti-
tudo est ut anima non terreatur propter recessum
a corpore et ascensum ad superma. Iusticia ve-
ro: ut tota anima consentiat ad huiusmodi pro-
positi viam et habentes huiusmodi paucas tenta-
tiones sustinent et leuiter superant: et sensualitas
parum: et quasi nihil contradicit rationi: ideo
sunt in magna animi quiete. Et hic est status val-
de perfectorum in via. Quedam vero sunt vir-
tutes iam assequendum diuinam similitudinem
que vocantur purgati animi: ita. scilicet: prudentia
sola diuina intueatur. Temperantia terrenas cu-
piditates nesciat. Fortitudo passiones ignoret.
Iusticia cum diuina mente perpetuo sedere so-
cietur eam. scilicet: imitando has virtutes dicimus esse
beatorum vel aliquorum in hac vita perfectissimorum
ut christi et matris eius. Et nota quod cum dicitur ad
purgatorias virtutes pertinere: discipere: et fuge-
re mundana et solis diuinis inherere: hoc scilicet

Titulus .I.

desereret humanas et hominum negocia: ut sit
p[re]tores: ubi necessitas imponit: ut quia impe
ratur tale exercitum per superiorem et b[eat]i viciolum
esset alias aut virtuosum. Et sic intelligendum est
illud quod dicitur exercitum virtutis purgato
rie. *Un[de] Augustinus dicit. O cum sanctum querit chari
tas veritatis: negotium iustum: suscipit necessitas
charitatis: quam sarcinam si nullus imponit: per
cipiente atque intuen[do] vacandum est veritati. Si
autem imponit suscipienda est: propter charitatis ne
cessitatem. Et b[eat]i. viii. q. i. qui ep[iscop]atum.* §. IX.

De virtutibus theolo

gicis quod necessarium sit ponere virtutes theologi
cas. scilicet fidem: spem: et charitatem: et eas habere: quod
nec habuerunt nec cognoverunt gentes p[ro]ph[et]e: qui
voluit servari: patet ex hoc: quod p[re]cepta legis sunt
de actibus virtutum: quibus homo tendit ad bea
titudinem perfectam. Et p[re]cepta dantur in divina
lege de actibus fidei: spei: et charitatis: ut patet in
diversis locis: et ea p[re]cepta oportet servare: iuxta il
lud *Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi serva
mandata ergo etc.* Pro cuius declaratione dicit
b[eat]us Thomas 2^a q. lxxi. arti. i. q. homo perficitur per
virtutes: ad actus quibus ordinat in beatitudi
nem. Est autem duplex hominis beatitudo seu felici
tas una. scilicet p[ro]portionata humane nature: ad quam
si homo potest pervenire per principia sue nature: non
ordinaretur ad aliam felicitatem homo nisi ad istam
tunc sufficeret ei virtutes intellectuales et mora
les. Nam cum virtus sit quidam habitus p[er]ficiens
hominem ad bene operandum: ut dicit idem b[eat]us Tho.
ubi supra. q. lxxi. et principium humanorum actuum sit
duplex. scilicet intellectus et appetitus. Virtus intelle
ctualis p[er]ficit intellectum siue rationem et virtus mora
lis appetitum. Iusticia quidem appetitum rationalem
seu voluntatem et fortitudo et temperantia appetitum
sensitivum seu sensuale. Sed quod est alia beatitudo
siue felicitas natura hominis excedens: ad quam
homo sola divina virtute pervenire potest: secundum quan
dam divinitatis participationem: secundum quod dicitur *1^a
Pe. ii.* Per christum facti sumus divine nature
confortes: et huiusmodi beatitudo p[ro]portionem
humane nature excedit cum naturalia principia
hominis ex quibus p[re]cedit ad bene agendum: non
sufficiant ad ordinandum hominem in predictam
beatitudinem perfecte: sicut sunt virtutes intellectua
les et morales. Ideo oportet quod supradantur ho
mini divinitus aliqua principia per que ita ordi
netur ad beatitudinem supernaturalem: sicut per prin
cipia naturalia ordinatur ad finem connaturalem et
felicitatem non tamen absque divini adiutorio. Et hec
principia dicuntur virtutes theologice: tum quia
habent deum per obiectum in quantum per eas recte
ordinamur in deum: tum quia a solo deo nobis in
funduntur: tamen quia sola divina revelatione no
bis in sacra scriptura hec virtutes traduntur: et ap
p[er]tuis ad deum naturaliter ratio et voluntas ordinantur:

prout sunt nature principium et finis: secundum eius pro
portionem nature: sed ad ipsum secundum quod est obiectum
beatitudinis supernaturalis: ratio et voluntas non
ordinantur sufficienter secundum suam naturam. Quamvis
autem per naturalem inclinationem ordinetur homo
in finem naturalem seu beatitudinem: quo ad in
tellectum per lumen naturale ipsius: quo ad volun
tatem per rectitudinem eius tendentis in bonum ratio
nis: tamen hec deficiunt ab ordine beatitudinis sup
naturalis: et perfecte iuxta illud *1^a Cor. ii.* Oculis
non vidit nec auris audit etc. *Un[de] oportuit quod ali
quid homini supradderetur quantum ad utrumque ad
ordinandum ipsum in finem supernaturalem: et intel
lectus quidem ordinatur in ipsum finem supernatu
ralem: per hoc quod adduntur homini quedam princi
pia supernaturalia que divino lumine capiuntur
et hec sunt credibilia de quibus est fides. Secun
do ordinatur voluntas quantum ad illum finem: et quantum
ad motum intentionis in ipsam tendentem sicut in
id quod est possibile p[er]sequi quod pertinet ad spem. Et
quantum ad unionem quandam spiritualem: per quam
quodammodo transformamur in illum finem: quod
sit per charitatem. Appetitus enim cuiuscunque rei
naturaliter movetur et tendit in finem sibi conatu
ralem: et iste motus pervenit ex quadam conformita
te rei ad suum finem. Motus in finem ultimum est
per spem: conformatio ad finem per charitatem. Est
autem ordo hic inter ipsas quantum ad actus: nam quantum
ad habitum simul infunduntur. Ordine generatio
nis: p[re]cedit fides: spes et charitas: et spes chari
tatem. Non enim potest motus appetitus in aliquid
tendere: amando vel sperando: nisi illud sit appre
hensum sensu vel intellectu. Per fidem autem ap
prehendit intellectus que sperat et amat. Et ex hoc
omni alius sperat de aliquo: p[re]cedit ad amandum.
Ordine autem p[er]fectionis: charitas p[re]cedit fidem et
spem: quia utraque per charitatem formatur et habet
p[er]fectionem virtutis. Describuntur per tres civi
tates refugii ultra iordanem: et tres citra iordanem
ad quas fugiens quod homicidium fecerat a casu: sal
uus erat a morte corporali. Sic post baptismum in
choatum in iordanem tunc gratie et ante. scilicet in veteri
testamento quod occidit animam suam per peccatum: vel
etiam qui habet originale peccatum ex primis par
tibus: quod occiderunt humanum genus non hoc inte
dentes salvari non potest de morte eterna: nisi re
periens se in istis virtutibus et p[er]severans. Qui enim
habet unam p[er]fectionem et alias: significant et per tres fi
lios Job secundum Gregorium in primo et ultimo moralium.*

De acquisitione virtutum: et quomodo sum
tur medium in eis. Capi. ij.

De acquisitione vir
tutum sciendum quod modus acquirendi
virtutes est triplex: seu tria debent ser
vari. Primus est appetitus dirigere: et in
infectum

Capitulū .II.

excludere. tertium est medium attendere. **¶** Et quod
tum ad primum debet appetitum dirigere: ut si
contrariū eius faciat: ad quod magis inclinatur: et
delectatur ex natura sua infecta: ut si inclinatur ex
natura sua vel consuetudine ad unum vicium ad
eius contrariū ad quod inclinatur nitatur. exem-
plum illoz qui dirigunt ligna distorta: quod in aliam
partem torquent contrariā ut dirigant. Et sic intelli-
gitur quod regnum celoz vim patitur: et violentia ra-
piunt illud. **¶** Math. xi. Ista enim violentia inferi sibi
ipsi quo ad appetitum sensuale. vii. et de pe. di. ij.
¶ Si quis semel. dicitur enim sic. Si quis semel notatus
fuerit inuidie vel contumelie vicio: et rursus in se
ipsum incidit: sciat se primam causam ex qua inui-
dia vel contumelia nascitur in interioribus medullis
hinc recondita. **¶** Oportet ergo cum per contrariā atque ad-
uersa curari. per humilitatis exercitiū. **¶** Exercitia
vero humilitatis sunt: si se vilioribus officiis sub-
dat: et ministeriis indignioribus tradat. Ita namque
arrogantie et humane glorie vicium curari vel cura-
re poterit: ut in consuetudine humilitatis affectus
ultra iam non incidat in arrogantiam et vane glorie
delictū. Et in singulis vicijis similis cura addi-
beatur: hec ibi. **¶** Quātū ad secundū qui vult fieri
virtuosus debet in seipsum abijcere. Non enim possit
mus in delectationibus diu morari: quoniam graue
murmur in eis: et ideo eas in principio vitare debemus
exemplo phor seu phoruz viroz vrbis troiane
qui iudicabant belena mulierez pulcherrimā: quā
rapuit Paris: ut pestem fugiendā. **¶** Sic et nos
omnes corporales delectationes abijciamus: quātū
vel nihil vel parum peccabimus. **¶** Nam percipiente
delectationū in plura petā inducit. **¶** Tertio de
mediū attendere hoc aut facit quod ab extremis quod
sunt viciosa recedit: et precipue quod recedit ab ex-
tremo quod magis medio opponitur: sicut si quis vult
ad fortitudinem puenire oportet quod magis recedat
a timiditate: quod magis oppositur fortitudini quod ab
audacia. **¶** Dec. b. tit. i. scripto sup. li. ethicor. §. l.
¶ Et nota quod omnis virtus aliquo modo
consistit in medio: sed non uno
et eodem modo. **¶** Nam virtus moralis consistit in
medio rationis: secundum quod medium rationis dicitur id quod
ratio constituit in aliqua materia: siue circa acti-
ones ut in iusticia: quod etiam dicitur mediū rei:
siue circa passionem ut in temperantia et fortitudine:
quod dicitur solū medium rationis et non rei. Et pro-
hinc declaratione dicit. b. Tho. prima scōe. q.
lxiii. arti. i. **¶** Virtus de sui ratione ordinat ho-
minem ad bonum. **¶** Moralis autem virtus pro-
prie est perfectiua appetitus partis anime secundum
aliquam determinatam naturam. **¶** Mensura autem
tem etiam appetitus motus circa appetibilia est
ipsa ratio. **¶** Bonum autem cuiuslibet regulati et me-
surati in hoc consistit: quod conformetur sue regule et
mensure: sicut bonū in artificiatu est: quod sequeatur
regulā artis. **¶** Malū autem per consequens in hoc
est: quod discordat a regula et mensura sua: quod

quidem contingit dupliciter. Vel per hoc quod su-
perexcedit mensurā: vel per hoc quod deficit ab ea
sicut manifeste in omnibus regulatis et mensura-
tis: ideo patet quod bonum virtutis moralis con-
sistit in adaequatione ad mensurā rationis. **¶** Ma-
nifestum est autem: quod inter excessum et defectum me-
dium est equalitas siue conformitas. prudentia autem
tem quod sit intellectualis virtus habet idē me-
dium quod est moralis. scilicet rectitudo rationis: sed in
hoc differunt: quia prudentie est istud medium ut
regulantis et mensurantis. virtus autem moralis
ut regulate et mensurate: et similiter excessus et
defectus. Aliarum autem virtutum intellectualium
ut scientia sapientia et intellectus: bonū consistit
in quodā medio per conformitates ad ipsam rem
secundum quod dicit esse quod est: et non esse quod non est:
in quo ratio veri consistit. **¶** Excessus autem eius secundum af-
firmationem falsam: per quam dicitur esse quod non est.
Defectus secundum negationem falsam per quam dicitur
non esse quod est. **¶** Res. n. est mensura intellectus
nostri ut dicitur. x. metha. **¶** Ex eo enim quod res est
vel non est dicitur esse veritas in opinione et ora-
tione nostra. **¶** Virtutes etiam theologicę possunt
dici consistere in medio: sed non ita proprie et per-
fecte: sed per accidens: nam mensura propria earum et regu-
la est deus: fides enim nostra mensuratur secundum ve-
ritatem diuinā. **¶** Spes secundum magnitudinem potentie
eius. **¶** Caritas secundum bonitatem eius. **¶** Ista est men-
sura superexcellens omnem facultatem creatam. **¶** Un-
numque potest homo tantum diligere vel sperare vel
credere in eum quantum debet. **¶** Et sic non potest
ibi esse excessus: sed quanto plus tanto melius. **¶** Si
considerando mensurā hanc ex parte nostra: videli-
cet secundum quod congruit conditioni nostre: possunt con-
siderari mediū et extrema ex parte nostra. **¶** Nam in
dilectione excessus si quis diligeret plus proximum
quod debet: puta committendo peccatū per salutem ipsius.
Defectus cum odit vel inuidet et huiusmodi. **¶** In spe: defe-
ctus est per desperationem: excessus per presumptionem.
In fide: ut inter contrarias hereses et arian-
orum et sabellianorum vel nimis leuiter credere et
difficiliter rationabilia credere et dubitare. **¶** In pru-
dentia excessus nimia sollicitudo vel nimis inui-
ti sensui suo: defectus negligentia: et inconstancia.
In iusticia: in distribuendo numis dare: vel nimis
parū. **¶** In liberalitate quod est pars iusticie excessus
est: prodigalitas: defectus: auaritia: in fortitudine
nimia audacia vel intumescencia: defectus pusilla
timiditas. **¶** In temperantia: gula: luxuria et huiusmodi: defectus
insensibilitas: puta non sumendo necessarias de-
lectationes. **¶** Et sic possent assignari in alijs.
¶ Multa autem solent occurrere homini impedi-
menta in volendo tenere mediū. **¶** Sed dicit Gre-
gorius. vij. q. i. **¶** Aduersitas que bonis votis idē
propositis obijciunt: probatio virtutis est: non in
dicū reprobationis: unde non dimittendus. **¶** Figu-
ra habetur: cum populus dei in deserto veller ire
recto itinere: non declinando ad dexteram vel sin-

nistrā: ad terram pmissionis: obliterū reges
 Seon et Basan. Sed pugnantēs ptra eos et vin
 centes: psecuti sunt iter rectum. Ad tenendū
 viam mediū. i. virtutum: inducūt multe auctori
 tates: vt illud ps. lxxij. Deus aut rex noster a se
 culo opatus est salutem in medio terre. i. creatu
 re rōnalis: per virtutem que consistit in medio.
 vñ dicit dñs sciens quia in medio israel ego suz
 Job. ij. et Aggei. ij. Spiritus meus i medio ve
 stri dicit dñs. Hec est enim via per quam ibant
 vacce que trahētes archam dñi gradiebantur
 vñ itine non declinātes neq; ad dexterā ne
 q; ad sinistram vt habetur pmo. Re. vi. c. Vñ sa
 piens. medium tenere beati. Et in signum hī
 legitur Jo. xx. q. resuscitatus xps stetit i medio
 discipulorū suorum. et Lu. ij. Inuenerunt eum in
 templo in medio doctorum: et in cruce in medio
 latronum.

Que bona operetur in nobis virtutes. c. iij.

Operationē uir
 tutum. Operatur enim in nobis. A
 malo exclusionē. In plio triumphā
 tionē. Et in celo premiationē. vñ apłs ad has
 inuitās dicit ad ro. xij. Induamur arma lucis.
 respectu primi dicuntur indumēta respectu secū
 di arma: respectu tertij lucis. Primo ergo virtu
 tes excluduntur a malis. Vñ dicuntur indumen
 ta. Et habitus dicuntur indumēta: quibus teci
 excluduntur a cōfusiōe nuditatis et turpitudinis
 Apocalipsis. iij. Vestimētis albis induaris id ē
 veris virtutibus: ne appareat cōfusiō nuditatis
 tue. Hinc et Ambro. de peni. di. ij. Sapiens nūq;
 ē inanis. i. nudus: sed semper habz in se amictū
 prudenē: qui pōt dicere: iusticia vestiebat. Ne
 nanq; sunt eterne mētis velamina: que nullus
 perdit nisi volens: his expoliatis Adam cogno
 uit se nudū: hec ibi. Excludit aut virtus non so
 lum culpā sed et penam et tristitiam. Et culpā qui
 dem excludit virtus: vt suum p̄rariū. Contra
 ria enim simul inesse nō possunt. Quelibet enim
 virtus habet viciū aliquod sibi directe p̄rariū
 vt luxuria castitatē: auaricia liberalitatem et hī.
 Virtus aut infusa excludit omnē actum pecca
 ti mortalis: q; quodlibet sibi cōtrariatur: vel di
 recte vel p̄ quandā consequētiā. s. rōnem con
 nexionis eaz. Peccata autē venialia non ex
 cludit virtus. Excludit secūdo penam. Nam
 q̄uis quis habeat virtutē oportet q; faciat sibi
 violentiam in opando. Patitur enim quandam
 penā et difficultates in actu bono: sed habita vir
 tute: opatio fm illum ē delectabilis. Vñ Sapiēs
 dicit q; signū generati habitus ē delectabiliter
 opari: sic excludit penam difficultatis. Penas
 etiam de cōmissis peccatis diminuit virtus per
 actum suū qui nō solum est meritorius: sed etiā

satisfactorius. Excludit etiam tristitiam virtus
 Virtuosus enim nō cōtristatur de opere virtuo
 so: sed gaudet. Unde dicit Augustinus de peni.
 dis. iij. Si apostolus. Vñc semp doleat et de do
 lore gaudeat: quia scilicet dolor de peccatis est
 actus virtuosus. Tristatur aut de his qui virtu
 ti repugnat aliquo modo. s. de peccatis suis vel
 aliorū: vt Ezechias cū fleuit fletu magno Isa.
 xxxviii. Et samuel peccata saulis. i. Reg. xv. vel
 alijs miseris. Moderate tñ semper ne icidat in
 desperationē. vt Judas qui p̄e tristitia laqueo
 se suspēdit Math. xxvij. Non sic petrus negās:
 n̄ sic Dauid de morte p̄nli filij. i. Reg. xij. §. I.

Secundo operatur in

bello victoriam et defensionē. Unde dicuntur ar
 ma. Vñ apostolus. Arma vestra nō sunt carna
 lia: sed spiritualia: ad destructionē inimicorum
 ad Ephe. vi. declarat ipsa arma dicens. Induite
 lorica iusticie. In omnibus sumētes scutum fi
 dei etc. Et galeam salutis assumite: et de alijs ali
 bi scribitur. Ad hoc facit qd habetur. xxij. q. i.
 nisi. Quatuor aut sunt inter alia vicia et iacu
 la: quibus in p̄iti vita ab hoste inuadimur et per
 cutimur. s. stulticia: iniusticia: inconstantia: et con
 cupiscentia. Per oppositū quatuor sunt arma
 quibus protegemur et pugnamus. s. prudētia cō
 tra stulticiam: iusticia contra iniusticiā: fortitu
 dine contra instantiā: temperantia corā cupi
 scentiam. Hec est sentētia Pieronymi. Sed ad
 huc potiora sunt arma. Scutum fidei: galea spei
 salutis: et gladiū charitatis: qui gladius in visio
 ne figurata fuit ostēsus Jude machabeo: aure
 tamen vt dictū est ei. In hoc signo vinces. i. ma
 chabe. Et apostolus. ij. ad Cor. vi. Per arma
 iusticie a dextris et a sinistris: iusticia ē omis vir
 tus: verū habendo omnes virtutes has: adhuc
 indigerem? adiutorio christi. Et hoc oportet nos
 cognoscere ex humilitate: et viriliter resistere. Et
 in hoc habemus figurā in dauid: qui bellās cō
 tra gigantē goliad cum baculo et funda et lapide
 eus occidit. i. Reg. xvij. Goliad significat diabo
 lum: qui terribilis et fortissimus ē: bellādo ergo
 cōtra eum: cū. s. tentat: debemus vti baculo cru
 cis ad crucifixum recurrēdo. Funda que est vi
 lis est humilitas que debet adesse: cognoscendo
 nos miseros. i. infirmos. Lapis ē virilis resistē
 tia. Exemplum in machario cui dixit diabolus:
 q; sola humilitas sua eum vincebat. §. II.

Tertio operatur in ce

lo premiationē. Unde dicuntur lucis arma: nō
 solū quia faciunt hominē luminosum interius
 in anima et exterius in p̄uersione: iuxta illud:
 Luceat lux vestra corā hominibus. Math. v. c.
 et pulchrum diuersis coloribus virtutū. Humi
 litas enim ponit nigredinē: charitas rubedinē:
 sapientia aureum colorem: fortitudo virescē:

temperantia albedinem : prouidentia iacinctumum
Sed etiam dicuntur lucis arma qz perducunt ad
lucē supne gratie. Unde Gregorius super ezech
homel. v. Iusti qz vsqz ad ad finem vite proficiunt
in virtute ad perfectum diem tunc veniunt : quā
do ad regna celestia perducunt in ea luce quas de
siderat iam minus aliquid nō habebūt de peni
tinctione. ij. Non reuertebantur. Et hoc dicit
exponēs illud. proverbior. iij. Iustorum semita
quasi lux splendes proficit et crescit vsqz in per
fectus diem. Et quāto quis fuerit virtuosior : ita
to in patria splendidior. Stella enī differt a stel
la in claritate pmo ad corinthios. xv. hoc aut fa
ciunt vere virtutes : nō sicut per hypocrisis que
non vere lucet. Un Grego. de pe. di. c. Multi.
vel fm aliam litterā citius incipit capitulū illud
Sepe homo multis occulte peccatis inuoluitur :
z in vna aliqua virtute magnus videtur : q ipsa
quoqz virtus inuanesceat deficit : quia dū uno
tescit hominibus : pculdubio laudatur : eiusqz fa
noz inbianter appetitur. Unde sit vt et ipsa vir
tus ante oculos dei virtus non sit : dum abscon
dit qd displicet z prodit qd placet : quod intelli
gendū videtur. quando hoc fit p hypocrisim : de
qua ibi loquitur Gregorius : z subdit exempla.
Latet plerūqz supbia z castitas innotescit. Atqz
ideo ostensa diu castitas circa finem vite perdit
quia cōperta supberbia vsqz in fines vite incorre
cta retinetur zc. ponit exemplum etiam de mise
ricordia z patientia : z in sic. c. dicit. Itcirco at vir
tutē iter non pueniunt inchoant : vt eis qui puen
turi sunt : viam quam gradiantur oīdant : quoz
casus utilitate nō modica electoz proiectibus
seruit quia illoz lapsim dum conspiciunt : de
suoflatu contremiscunt : z ruina que illos dam
nat : illos humiliat : hec ibi.

De inaequalitate receptionis virtutum: et quo modo sunt gradus in ipsis. c. iij.

De inequalitate receptionis virtutū. Sciendū q̄ vnus habet virtutes magis intense q̄ alter ⁊ non equaliter. Et vnus et idem potest habere virtutes magis intensas ⁊ perfectas vno tempore q̄ alio. Et idem etiam vno ⁊ eodem tempore potest habere virtutes aliquā perfectius ⁊ plenius q̄ alias: non s̄m habitum: sed s̄m inclinationem nature ⁊ apparentiam exteriorē: per maius exercitium. ¶ Quantū ad primum q̄ in vno sit maior virtus q̄ in alio: patz propter quatuor rationes. ¶ Primo ppter meliorem dispositionem: in quantum vnus est melius dispositus ex naturali complexionē ad vnam virtutē q̄ alius sicut flegmaticus est magis dispositus ex complexionē ad mansuetudinem q̄ colericus. Et sic potest intelligi illud Sapientie. viij. Sorditus sū

animam bonam quæritur scilicet ad inclinationes
ad virtutes ex bona corporis complexione.

Secundo propter maiorem assuetudinem: in quantum vnus magis assuescit ad virtutes seu magis exercitatur in bonis opibus: q̃ alius. Cōsuetudo enim dicitur quasi altera natura. Et sic ex frequentia bonorū operum magis firmatur: ut intendit habitus virtutū: vñ Cyrilianus. Grātia spiritalis que ē in baptismo equaliter a creditibus sumitur in cōuersatione atq; actu nostro: postmodum vel minuitur vel augetur: vt in euangelio domini: semen equaliter seminat: sed p̃ varietate terre assumitur. aliud in multiformes copīa vel trigiesimū vel sexagesimū vel centesimū numeri fructū exuberanter cumulat: de conse. di. iij. nec. quēq; a gratia autem p̃cedunt virtutes infuse. **T**ertio potest esse magis perfecte virtus in vno q̃ in alio: propter maiorem discretionē: in q̃tū vnus habet perspicacius iudicium rationis q̃ alius. Ad qd potest induci illud d̃ talentis Math. xxv. Unicuiq; dedit fm̃ ppriam virtutes. sc̃. capacitatis ceteris paribus. **Q**uarto propter maiorem infusionem: scilicet diuine gratie. Et ista est principalior ratio. Magis enim infunditur vni de virtute q̃ aliteri: scēdū maiorem intensionem seu perfectionē. Et hoc principaliter ex beneplacito dei. Secundum illud Ephe. iij. Unicuiq; data ē gratia fm̃ mensuram donationis christi: ut secundario fm̃ conatum hominis ad preparandum se ad ipsam: qui etiam conatus ex dei dono procedit.

Quantum ad secundum. In vno ⁊ eodem de
uersis temporibus potest esse virtus maior ⁊ mi
nor. Nam gradus multiplices sunt in virtutib⁹
ad quos potest quis de die in diem proficiendo
ascendere. Quod diffuse declarans Gregorius
super Ezechielem. Et habetur ⁊ peni. di. ij. quā
sanctam ecclesiam sic ait. Unaqueq⁹ virtus qua
si quibuidam gradibus augetur: ⁊ sic per incre
menta meritorum ad summa perducitur. Alia
namq⁹ sunt virtutis exordia: aliud virtutis pfe
ctus aliud perfectio. Et hoc pbat idem Grego.
in dicto ca. per auctoritates ps. vbi ait. Deus in
gradibus eius cognoscitur fm. aliam litteram:
iam nostra translatio habet: deus in domibus
eius cognosce. Et Job. xxxi. Per singulos gra
dus meos pronuntiabo illum. i. per singula in
crementa virtutum q̄ a deo accipio laudem deo
tribuam. Iudicet etiam parabola que habetur
Mat. iij. de semine iactato in terram: qđ cū o
zum fuerit primo facit herbam: deinde spica: de
mū plenum frumentū in spica. Semē iactatur
in terram: cum ppositum concipitur in corde bo
ni operis: per semē infuse virtutis. Ad ozum
ē herba: per principium boni opis executi. Spi
ca per profectum plenum frumentum per perfe
ctionem: tandem per salsam mortis collectus in
horreum superne patrie reponitur: iuxta illud

Triticum autem congregate in horreum meum
Matth. xij. Ponit etiam **Gre.** exemplum de be-
 ato **Petro** qui fuit quasi herba ante passionem
 perculatus pede timoris quasi spica tempore re-
 surrectionis: plenū frumentū post penthe. Dicit
 etiam **Gratianus** de pe. dis. ij. Charitas est a qua
 in filiis ea. q. nemo repente fit summus: sed a
 minimis quisq. inchoat et ad maiora pueniat.
Ite nota q. nunq. pōt aliquis ita augeri in vir-
 tutibus qn possit adhuc magis perfici: excepto
 christo qui sumam plenitudinem accipit q̄tum
 creatura est capax. Unde de eo intelligitur illud
Joan. i. Non ad mēsuram dat deus spiritum. i.
 eodem modo tantam mēsuram sicut omnibus
 alijs et sanctis et angelis sed quasi infinitam. Et
 quanto quis magis perficitur: minus videtur sibi
 habere: quia magis cognoscit qd sibi desit ad qd
 potest pertingere. Et sic intelligitur illud **Eccle-**
sastici. xviij. Cum consumauerit homo tunc in-
 capiet: scilicet scdm estimationem suam. ¶ **Quant-**
um ad tertium nota q. omnes virtutes in vno
 homine p eodem tempore sunt equaliter inten-
 se fm beatum **Tho.** prima secunde. q. lxxvi. articu-
 l. ij. z. iij. Quauis enim vna sit excellentior alia in
 ter se eas comparando sicut charitas maior fide
 et spe et alijs et prudentia excellentior alijs card-
 nalibus: tamen secundum participationem sub-
 iecti prout scilicet intenduntur vel remittuntur
 in subiecto: omnes virtutes huius hominis sūt
 equales equalitate pportionis in quantū equa-
 liter crescunt proportionaliter in homine. Si-
 cut digiti manus sunt inequales scdm quantita-
 tem: sed sunt equales scdm proportionem: cum
 proportionaliter augeantur. Unde et **Augustinus**
 in libro de trinitate dicit: q. quicumq. sunt equa-
 les in fortitudine: sunt equales in fortitudine et
 tēperantia: et sic de alijs. ¶ **Q**uamvis vna virtus
 laudat magis de vna virtute q̄ de alijs: vt abra-
 ham de fide: **Moses** de mansuetudine: **Job** de
 patientia: et sic de alijs: et de quolibet confesore
 cantatur in ecclesia. Non est inuētus similis illi
 zc. eo q. habuit prerogatiuam alicuius virtutis
 hoc est ppter excellentiorē promptitudinem ad
 actum talis virtutis qd potest pcedere vel ex na-
 tura: vel ex consuetudine: vel ex gratia. Ex quo
 libet autem actu virtutis non augetur. Sed vel
 augetur: vel saltem disponitur ad augmentum:
 sicut gutta canat lapidem non vno ictu sed sepe
 cadendo. Similiter p actum malum corrūpitur
 virtus: vel disponitur ad corruptionem: vt per
 cessationem a bono opere: vel negligenter faciē-
 dorz tūc dicitur diminui. Et de his habes infra
 in tractatu de charitate. c. i.

¶ De connexionione virtutum vtrum sic sūt cathe-
 nate ad inuicem: vt vna sine altera haberi nō po-
 test. c. v.

De connexionione vir-
 tutum: vtrum. i. omnes sint conca-
 tate ad inuicē: vt vna non possit ha-
 beri sine altera. Ad qd dicit **b. Tho.** i. 2. q. lxxv.
 ar. i. q. quantum ad virtutes intellectuales claz
 est q. non sunt connexe ad inuicem: nec etia3 cū
 alijs virtutibus. Et ratio est. Quia sunt circa di-
 uersas materias ad inuicem nō ordinatas: et iō
 non inueniuntur in eis connexio. Qd patet ex hoc
 quia habens scientiam nō habet sapientiam: et
 habens vnam scientiam nō habet alia: et habens
 artem non habet scientiam: et habens artem vel
 scientiam non habet virtutes morales nec theo-
 logicas. ¶ **Q**uamvis autem ad cardinales virtu-
 tes conchatenate quide3 sunt: fm suum esse pfe-
 ctum. Nam vt dicit idem vbi supra virtus mo-
 ralis pōt accipi duplici. Vno mō imperfecta. Alio
 mō perfecta. Et imperfecta quide3 nihil aliud ē
 q̄ inclinatio quedam ad faciēdum aliquod op^o
 de genere bonorū: siue talis inclinatio insit nobis
 a natura: siue ex assuetudine operum. Et hoc mo-
 do virtutes morales nō sunt connexe. Videmus
 enim aliquem promptū ex complexione corpo-
 ris vel assuetudine ad opa liberalitatis qui tamē
 non est promptus ad opera castitatis. Perfecta
 autem virtus moralis est habitus inclinans ad
 opus bonum bene agendū. Et fm hanc accepti-
 onem sunt virtutes cardinales omnes connexe
 Et hoc est qd dicit **Grego.** in. xxij. moralium: q.
 vna virtus sine alijs: aut omnino nulla est: aut
 imperfecta est: huiusmodi connexionis ratio est
 fm philosophum: quia nulla virtus moralis pōt
 sine prudentia haberi: eo q. p̄prium virtutis mo-
 ralis sit facere electionem rectam: cum sit habi-
 tus electiuus. Ad rectam autem electionem nō
 sufficit inclinatio in debitum finem: quod est di-
 recte per habitum virtutis moralis: sed etia3 q.
 aliquis directe eligat ea que sunt ad finem: qd
 fit per prudentiam: que est cōsiliatiua: iudicati-
 ua: et p̄ceptiua: de his que sunt ad finem. Simi-
 liter prudentia haberi non potest nisi habeantur
 ceterae virtutes morales: cum prudentia sit recta
 ratio agibilium: que sicut ex principijs pcedit ex
 finibus agibilium: ad quos alijs recte se habet
 per virtutes morales. Et sic patet eas esse cōne-
 xas. ¶ **V**irtutes tamen ille que nō p̄ficiunt ho-
 minem fm cōmunem statum. i. quantum ad ea q̄
 cōmuniter in omni vita hominū occurrunt age-
 da: sed p̄ficiunt fm eminentem statum: vt ma-
 gnificētia: magnanimitas: virginitas: in q̄tum
 acquisite non sunt connexe cum moralibus fm
 habitum sed fm p̄pinquam potentiam: quia sci-
 licet de facili ab habentibus ipsas morales per
 exercitium acquiri possunt. Non solum autem
 sunt connexe ad inuicem cardinales: sed etiam
 si sunt infuse sunt connexe cum theologicis et cū
 bonis. Neq. enim perfecte sunt ipse cardinales

fectione. Concedere in ultimū finē nisi fuerint cū
fide: spe: et charitate. Et cū dicit p̄sper: q̄ oīs vir-
tus p̄ charitatē pōt esse cōis bonis et malis: loq-
tur de virtute imperfecta: vt sūt acq̄site siue infuse.
Acq̄site. n. n̄ sūt p̄nece cū theologicis. Quā-
tum autē ad virtutes theologicas sciendū: q̄ sūt
p̄nece ad inuicē fm̄ sūt esse p̄fecti. Nā fm̄ imp-
fectū esse et informē p̄nt esse fides et spes sine cha-
ritate: s̄ actus eaz n̄ sunt p̄fecti: nec meritorij.
Charitas autē sine fide et spe esse n̄ pōt. S̄ cum fi-
des et spes sunt formate p̄ grām sūt cōnece ad in-
uicē: sūt cōnece theologicę cardinalib⁹ infusis.
Cum. n. in lege diuina dent̄ p̄cepta de actib⁹ car-
dinaliū et p̄s dicat Joā. xiii. Si diligitis me mā-
data mea seruate: q̄ h̄z charitatē implet illa māda-
ta que dant̄ de actibus illaz virtutū. Sunt et
cōnece cū donis spūs sancti: qui. n. h̄z charitatē
h̄z spm̄ sanctū. Vñ d̄r ad Ro. v. Charitas dei dif-
fusa ē in cordibus v̄ris p̄ spm̄ sanctū q̄ datus ē
nobis. Qui h̄z spm̄ sanctū h̄z et dona eius. Quā-
tum v̄o ad dona sciendū fm̄. b. Tho. i. 2. q. lxxv.
iij. q. sūt p̄nece ad inuicē: ita q̄ vnū sine alio ha-
beri n̄ pōt. Vñ Gre. in. ij. moral. dicit signari ip̄a
p̄ septē fil. Job quoz quilibet faciebat diuiniū
alijs in die suo: q̄ dona ipsa reficiūt se inuicē. i.
hominē in quo sunt delectat̄: n̄ vnū sine altero.
Sunt etiā p̄nece cū virtutibus: q̄ cōnectuntur
in charitate: ita q̄ qui h̄z charitatē habet dona:
et cōnectit so virtutes cardinales: que p̄fecte sunt
charitate haberi non possunt.

De duratione virtutum. c. vi.

De duratione vir-
tutū: vtrū durent post hanc vitā. Ad
qd̄ dicit. b. Tho. i. 2. q. lxxv. art. ij. q̄
virtutes intellectuales durant q̄stū ad id qd̄ est
formale in eis: n̄ q̄stū ad id qd̄ ē materiale. Et
aut̄ formale in eis spēs intelligibilis cognitorū
q̄ remanet in intellectu possibilib⁹ post actū intelli-
gēdi: q̄bus mediātibus hō intelligit. Materia
le v̄o in eis sūt fantasmata: ad q̄ fantasmata aspi-
ciendo: hō intelligit in hac vita: applicādo ea ad
spēs intelligibiles de corruptū corrupto corpe
q̄ potentie sensitiue. s. fantasia et memoria sūt af-
fixe organis corpis: et sic intelligit illud apti. Sci-
entia destruitur. s. q̄stū ad id qd̄ est materiale:
q̄ nec fantasmata remanebūt corrupto corpe:
nec erit vsus scientie p̄ conuersionē ad fantasma-
ta. Virtutes autē morales similiter remanebunt:
q̄stū ad id qd̄ est formale in eis. Et hoc est ordo
rōnis: sed n̄ q̄stū ad id qd̄ est materiale: et hoc ē
moderare passiones appetitus inclinātis ad illi-
cita: vel exercere cōmutationes et distributiones:
quo ad iusticiā: q̄ in alia vita n̄ sunt. Vñ Aug. vi-
cit in. xiiij. de tri. q̄ prudentia ibi erit sine vllō p̄-
cilio erroris: fortitudo sine molestia malozū et.

S̄ prudentie erit nullū bonū deo p̄ponere et el-
equare. Fortitudinis firmissime coherere tē-
peranti: nullo noxiō delectari: iusticie subditū
esse deo. Quantū ad virtutes theologicas. Cha-
ritas sola remanet: q̄ n̄ importat in sui rōne im-
perfectiōe: sed fides et spes important in sui rō-
ne imperfectiōe: q̄ fides ē credere qd̄ non videt̄
spes sperare qd̄ n̄ habetur. Vbi autē tollitur oīs
imperfectiō: et clare videt̄ et p̄fecte possidet̄. Quā-
tum ad dona remanet quidem q̄stū ad eēnā
vt dicit Ambro. et magister in. iij. sen. nō aut̄ q̄stū
ad materiā circa qua opantur etiā si habet nūc
opationem circa aliquā materiā quā non ha-
bebunt in patria. b. Tho.

**Titulus secundus de prudentia. Quō dicit̄
prudentia q̄ mediū p̄figit in omni virtute. c. i.**

Post tractatuz
de virtutibus in cōi: videndus
est de singulis eaz in p̄culari.
Et p̄mo d̄ quoz cardinalibus
deinde de alijs. Et tractat̄ iste
de cardinalibus fere tot⁹ extractus ē de li. quē
fecit Henricus de Arimino ordinis p̄dicatorū
de virtutibus cardinalib⁹. Sūt tñ multa addita:
vt materia tota exigit de virtutibus annexis istis
quatuor. Et quedam etiā de ipsis quatuor. de
libe. ipo excerpta: aliquando abbreviata. Scien-
dum est q̄ virtus humana q̄ ad p̄fectionē vite
ciuilis requirit̄ ad duo p̄cipue ordinat̄. s. ad mo-
derationē passionū interiorū: et ad debitā opatio-
nē rerum exteriorū: circa que regulāda: necesse
ē adesse quatuor virtutes. Nā circa passiones re-
frenādas reguntur tēperantia et fortitudo. Si
enim sint passiones circa delectabilia: tactus et
gustus: vt p̄tingit in cibis et venereis ad eas rep̄-
mēdas t̄pantia ordinat̄. Si v̄o sūt passiones a-
terribilib⁹ p̄surgentes cuiusmodi sūt timores
et audacia: ad eas moderādas ordinat̄ fortitudo
q̄ in aīmo firmitatē p̄stituit. Quantum autē ad
res exteriores ad aliep̄ rite cōicandas ordinat̄
iusticia: q̄ rectitudinē importat. Quia v̄o passio-
nes vtrū inferiorū modificari n̄ p̄nt: nec res exte-
riores rite distribui nisi iudiciū rōnis adsit: re-
gritur q̄rta virtus in rōne p̄sistens: et hec ē pru-
dentia: que cū sit recta rō agibilis: vt dicit p̄b⁹
vi. ethicor. mediū in omni morali virtute p̄figit: vi-
rigēdo videlicet q̄liter et p̄ que mediā hō i opari
do attingat regulam rōnis. Has quatuor vir-
tutes cardinales dicim⁹ seu p̄ncipales: eo q̄ alie
virtutes morales ad has reducunt̄ vt docet Tu-
lius in sua rhetorica. Vñ in li. de officiis dictas
tñ virtutes ponit p̄tes honesti: q̄ videlicet in vi-
ta ciuili hūanā honestatē integrant et p̄ficiūt. Ul-
terius q̄ hō ordinatur ad finē sup̄naturalem q̄
ē visio diuine essentie in qua bonis beatitudo